



## CAPUT III.

### CHRISTIANI HOMINIS JURA ET OFFICIA.

I. Instructio hominis, quomodo eum fini suo supremo conformiter agere oporteat, ex fonte Rationis et Ss. Litterarum depromta, DOCTRINA MORUM RATIONALIS CHRISTIANA vocatur.

II. Sunt hodie quam plurimi, qui in hac disciplina soli rationis practicæ dictamini insistant: — tantum abest, ut excellentissimæ hominis prærogativæ infamiam aspergamus, ut potius ipsimet a categorico ipsius imperativo systematis moralis initium in hisce thesibus (cap. I. posit. 29.) ducamus. Ast

III. Revelationi ceu comprincipio ex duplici respectu maximus honor est tribuendus: Hæc videlicet legibus puræ rationis plenam conciliat *sanctionem*, maiorem *consistentiam* impertit, ac universim *popularitate* infirmis etiam intellectibus se adcommodat:

D 4

IV.